Σὺν Θεῷ

DISPUTATIO

DE

ORDINATIONE MINISTRORUM ECCLESIÆ.

Ex. 1. *Tim.* 4. *v.* 14.

Μὴ ἀμέλει τοῦ ἐν σοὶ χαρίσματος, ὃ ἐδόθη σοι διὰ προφητείας, μετὰ ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν τοῦ πρεσβυτερίου.

§. I.

ORdinationem, antiquam eccleſiæ Apoſtolicæ ceremoniam eſſe, videmus ex *Act. VI, 6. XIII, 3. 1. Tim. IV, 14. V, 22. 2. Tim. I, 6.* Eamque adhibitam, propter utiliſſimos fines, quos in ſe complectitur. Hos recenſet *Dn. D. Dietericus Anal. Evangel. feſto S. Apoſtol. Andreae, uſu 4. p. 19.* Ut ſit ordinatio (1) Vocationis legitimæ publica teſtificatio. (2) Vocati ad miniſterium ſolennis inauguratio. (3.) Vocati ad fidelitatem obligatio. (4) Miniſtri per preces ab eccleſia conjunctim DEO facta commendatio.

§. II.

Hæc *ORDINATIO* a Pontificiis miris modis vitiata eſt,

 ut